



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. LIV. Commeatus & stipendiorum ratio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

Sociorum
stipendia.

§.7. Hinc ita dabantur, ut tamen de stipendio aliquid detraheretur, certum scilicet pretium, sociis vero donabantur, credo eos minus stipendium à suis viribus accepisse.

§.8. Actuarij eum militibus pacificebantur, pecuniam annonamque mutuum dabant pro singulis solidis semissem accipere poterant, nec quicquam amplius, in omne tempus dilata solutionis. I. quicunque e de apochis publicis. I. iubemus c. de erogatione.

Frustrari
stipendia
multum
variā arte
solent.

§.9. Magnae seditiones ob stipendia non soluta in exercitibus frequenter exorta sunt. Multa etiam inuenta ad pacandum militem. Interdum arte mala vsi sunt. Iphicrates cum ob stipendia miles concionem peteret, peritos linguae Persicae, & eo habitu subornauit, qui dicerent, aduenire stipendia, se praemissos, sic intermissa concio est. Demetrius cum stipendio careret, duplicem numerum militum conscripsit, ut hostis citius victos stipendia soluere coegeret. Antigonus victor, cum ante cuique Gallo se autem esse daturum promississet, illique pro pueris & mulieribus etiam flagitare, quod dictum esset; Vnicuique Gallo; minarenturque obidibus mortem; Antigonus daturum dixit, iussitque venire qui acciperent, at illos detinuit, donec obides redderentur. Polyæn. l. 4.

§.10. Optimum cum fides est Reip. integra ex parabili materia, in necessitate nummos cadere. Perdicca stannum numum cudit, & pro eo suae regionis frumenta dedit. Veneti ad Tyrum pecunia scortea vii sunt, publicam fide postea praestante fenatu. Cum externus miles est, & fides principis sublecta, illa ratio magis exasperat quam pacat exercitum.

CAPVT LIV.

*Commeatus & stipendiorum ratio.*Commeatus
ante o-
mnia com-
parandus.

§.1. AD stipendia seu obsonia pertinet commeatus militaris, si ultra enim omnia sunt, si miles eluritur. Verum quia hic opus est immenso sumptu & cura, ut detur tempori, & ne corrumpatur commeatus, separatim ea de re dicere malui.

§.2. Monarchae alicuius potentia ex commeatu multitudine & facilitate aestimanda est. Arte bellica Turca pollet, atque haec fere obseruat. Primo ut semper copias paratas habeat. 2. Ut praeuertat hostem. 3. Ut foedera cum hostium vicinis feriat. 4. Ut sensim regionem occupet. 5. Vtiles expeditiones capiat. 6. Quod maxime obstat regnantibus, ut fidem non seruet. Ea enim causa quos oblidet ad extrema sese defendunt. Qui de eius potentia scribitur, vires eius supra modum attollunt. Ad bellicos apparatus quod attinet, aiunt, habet sane ingentes ac pene incredibiles. Tormenta habet innumera. Et tota Hungaria quinque millia abduxit; quingenta de Cypro; EGuletio non multo pauciora. Tam immani magnitudine apud Turcas sunt machinae, ut strepitu non solum tantum muros demoliantur. Cum Rege Hispaniarum nunquam totis viribus contasse constat, quauis vires ex praelio metiri non oporteat. Ego vero hanc potentiam quadruplo maiorem fore affirmo, si commeatum, hoc est, agriculturam rationem ducat, nunc enim saepe destituitur, cum tamen ex sola Aegypto possit ducenta vel trecenta militum millia alere. Sed noluit Deus tam saeuum Tyrannum omnibus rebus pollentem esse. Tam saeuam beluam pabulum minuit.

Potentia in
commeatu.

§.3. Hoc igitur agendum, ut militum mendicitas prohibeatur, cibum habeant, ceteraque quibus humana natura doleat negatis. Sed paruo contenta sint castra. Persae pane & aqua & interdum nauturcio victricabant, nunc mendici cum pennam Galero affixerunt, insolentissime delicias quarunt. Auidius Celsus Imperator Laridum & Buccellatum tantum feri-

Perca sunt
castra.

re permisit. Volcatius in Auidio. Scipio, ut Appianus ait, frumentationes magna industria faciebat, locum circumdabat, quem demessurus erat, ipse cum delectis turmis circum equitabat, qua ratione insidiatores Afros eludit. Annonam interdum à militibus Tribuni accipiebant, quod Theodosius vetuit. I. septem. c. de erogatione annonae militaris. Alexander capitali supplicio Tribunos affecit, qui id facerent, qui per stellaturas aliquid abstulissent. Iustiniani quoque; lex est l. secunda §. pro limitaneis c. de officio Praep. africar.

Messum
ibant legio-
nes.

§.4. Hostem fame vincere optimum Caesar iudicauit. Corbulo dolabrā; Quod n. sudore effici potest, ad hoc sanguine non est opus. Caesar diligentissime semper egit, ut inopia hostem ad pugnam coegeret. Marius semper sibi prospexit, ne inopia commeatus ad pugnam inuitus cogi posset.

§.5. Huc etiam refertur cura chirurgorum & vulneratorum, ut quam plurimi sint in castris, ut aegri foueantur. Cura sanitatis magna habenda, quod arte habitates facillime pestem vulgunt, itaque aer, aqua, terra, frigora, calores, vestes, exercitia omnia eo referenda, ut miles sanus vegetusque persistat.

Sanitas con-
seruanda.

§.6. Belli sumptus si quis considerare velit, quamuis indies augeantur, ex Catalogo Ranzouiano paradigma capere poterit. l. i. c. 7. Duci vnius legionis ad sui sustentationem singulis mensibus dati 400 flor. Pro comitatu ac ministris eiusdem, qui sunt: Satellitum octo pratorianorum, Equitatus totidem Equitum, Curru vnicus, tympanista, Tubicen, Concionator, Scriba, interpres, Eques emissarius, praenuntius & c. dati 200 flor. Pratori militari 40 flor. Praefectorum capitalium 40 flor. Praefecto vigilium 40 flor. Designatori diuersorum 40 flor. Scribae legionario 40 flor. Administratori iudicii 32 flor. Scribae iudiciali 32 flor. Decem ductoribus ordinum 120 flor. Calorum & luxuriam praefecto 8 flor. Carceris praefecto 12 flor. Sex licitoribus 48 flor. Carnifici 16 flor. Summa 1068 flor. Haec summa data fuit singulis mensibus Duci ac ministris vnius legionis, quae constituit per integrum annum 12816 flor. Pecunia cursoria siue conducticia loco in singulas cohortes accipere capitanei 500 flor. in singulos milites 1 flor. 10. Batziones. Quod ad militum stipendia attinet, idem Imperator (quod & in Romani Imperii decretis, de contributionibus vniuersalibus faciendum, obseruatur), in singulos menses constituit pediti 4 flor. Equiti vero 12. floren. Prerogative autem siue extraordinaria stipendia ac honoraria potius in singulos menses ducibus ac praefectis singularum cohortum Equitum, quas vulgo vexilla vocant, constituta sunt: Ductori Equitum 200 flor. Magistro equitum 100 flor. Legato 32 flor. Signifero 50 flor. Summa 382 flor. Porro duodenis equitibus assignatur veredus & quadriga: ex quibus illi simplex soluitur stipendium, huic duplex. Hinc igitur instituta supputatione colligere aliquo modo possumus, quantae summa pecunia ad mensuram aut ad annua stipendia, magni aut parui exercitus requiratur. Nam ponamus exempli loco, Regem quandam decreuisse bellum, ad quod gerendum conscribere velit exercitum. 46200. virorum, inter quos sint 6000. Equites, 40200. pedites: quantum fere exercitum Rex vnus contra alterum verisimiliter educit. Iam consulat cum suis de sumptibus mensuris, atque annuis, quos stipendia tot militum assument. Itaque ex modo positae numerationem huiusmodi instituet.

Sumptus
ingentes.

Pro peditatu 40200. virorum.

Numerus peditum constituit 134. cohortes. Cohors autem vna habet vulgato more 300. milites, inter quos plerumque sunt 56. dupliciarii, nimirum 82. hastati, qui loricati longis hastilibus vtuntur, & 10. Sclopetarii antesignani, quos voco eos, qui bombardas grandiores, & horridioris soni furculis impositas disflodunt. Quibus dupliciariis (quod & nomen inuit) bina stipendia competunt. Igitur ad adendam vnā cohortem, praeter capitaneos ac ceterorum praefectorum stipendia, singulis requiruntur mensibus 1584. flor. totius anni spatio 19008. flor. Hinc ad 134. cohortes pro mensuris stipendiis numerantur 212256 flor. pro annuis 2547072 flor.

Nunc sti-
pendia au-
ta sunt, ita
multo ma-
iores sum-
ptus.

Pro

Pro equitatu.

Equites 6000. cohortes siue vexilla constituunt 20. Singulas cohortes complent 300. Equites. Hinc ita ratiocinabimur: Quoniam vni equiti soluuntur in singulos menses 12. floreni, ideo cohors vna requirit in mensem vnum 3600. flor. in integrum annum 43200. flor. Vniuersus vero equitatus, qui ex 20. constat cohortibus, sibi ad singulos menses vendicat 864000. flor. Ad annum integrum 1036800. flor. Tanta igitur pecunia ad gregarios Equites non considerati ducibus, Chiliarchis, Magistris, Centurionibus, Decurionibus, Mensuribus, Annone Curatoribus, aliisque minorum bellicorum administris, est conquirenda. Quod si iam inuestigare libeat, quanta vis argenti ad totum exercitum requiratur collectis stipendiis Equitatus ac peditatus, modo quodam rudi delineatione positis, efficiuntur pro mense vno 1076256. flor. pro anno in regno 12915072. flor. Porro pro ducibus primariis, & reliquis horum administris, in hunc fere modum stipendiorum calculus procedet. Peditatus 40200. efficit 8. legiones (singulis 5000. assignando) quarum qualibet peculiare suum caput siue ducem, ac ceteros superiores praefectos habet, ad quas, ut ex superioribus patet, mensuris sumptus sunt colligendi 1068. flor. annui 12816. flor. Pro singulis vero singularum cohortium magistratibus, si computetur mensurorum stipendiorum loco 100. floreni: efficietur sumptus, qui ad Duces ac Praefectos inferiores totius peditatus pertinet, mensuris quidem 13400. flor. annuis vero 160800. floreni. His si addantur primariorum ducum ac praefectorum aliorum legionariorum, quae modo posita sunt stipendia: exit summa quae ad superiores pariter ac inferiores peditum Magistratus requiritur, mense vno 14468. flor. Anno integro 173616. flor. Nec minori forte sumptu duces ac praefecti Equitatus seu 20. Cohortium Equestrium alii possunt. Itaque duplicata hac summa dabit stipendia omnium eorum, qui cum Imperio sunt in exercitu 46200. hominum (ipso tamen belli summo Imperatori non assumpto) vno mense 28936. flor. anno integro 347232. floreni.

Huius denique, si adiecta fuerit prior summa, quae stipendia militum, peditum simul ac equitum continet: emerget qualitercunque summa summarum, siue aggregatum totius pecuniae, quae alendo exercitui 46200. virorum est assignanda: in singulos quidem menses 11051912. flor. In annum vertente 13262304. floreni. Huius tamen non includuntur sumptus tormentorum, vehiculorum, quibus pontes nauales, Scale, arietes, aliique, ad expeditionem & urbium expugnationem necessaria promouentur: neque equorum hac trahentium, pulueris nutriti, pilarum bombardarum, explorationum: quarum summa a perituri rei bellicae non minor aestimatur, quam ea quae ad totum exercitum alendum pertinent. Sin tamen in arctum quam maxime contrahantur rationes, tertiam illius, quam dixi, summae partem superabunt.

TABULAE STIPENDIORUM DECRETORUM exercitui contra Turcam conscribendo.

Anno 1594 Nunc subiiciemus illas tabulas, quae anno proxime elapso, cum de bello Turcico communis inter ordines Imperii in conuentu Ratisbonensi, institueretur deliberatio, fuerunt compositae. Primo propositum est, Turcis opponendum esse exercitum 60000. virorum, Germanorum & Ungarorum, inter quos sint equites Germani vulgares 12000. Equites bombardis longioribus instructi, quos vocant Archibustos 5000. Ungarici equites 12000. Germanorum peditum sex legiones, quae singula harum 4000. militibus, seu 10. signis assignatis faciunt pedite, 24000. Satellites denique, Ungarici 7000. Iam pro stipendiis huius exercitus, & magistratum illius, huiusmodi institutus est calculus. Primum ad mille equites Germanos vulgares (connumerata pecunia quae in Ducem, Magistrum Equitum, Praefectum impedimentorum & decurionum sustentationem, audioramenta item & viaticum siue argentum, quo milites primum conducuntur, est expendenda) decreti sunt in mensurum tempus 17000. flor. Ita 12000. equites singulis mensibus sibi vendicant 204000. flor. Anno vertente 2448000. flor. Porro 100. Equites bombardis oblongum armati necessario requirunt

1400. flor. mensuros, quia ratione 5000. huiusmodi equitum assignandi sunt 70000. flor. mensuris 840000. flor. annui. Terio quoniam Ungarici equitibus quinque floreni singulis mensibus sunt numerandi: Ideo mille equitibus, inclusis simul Chiliarcha demenso, & tribunicum ac satellitum stipendiis duplicatis 6100. flor. mensuris sunt ascribendi. Hinc in 12000. Equites huius generis numerandi 73200. flor. mensuris, 878400. flor. annui. Quarto si legionibus singulis vna cum ducum demensis assignentur in singulos menses 30000. flor. sex illae legiones poscent 180000. flor. mensuros: 2160000. flor. annuos. Denique, Ungarici satellitis mensurum stipendium sunt bini thaleri. Hinc consummato peculiariter calculo, si connumerentur ducum demensa, Decurionum item Signiferorum & Tympanistarum stipendia duplicata, in copias 7000. satellitum deputandi fuerint 20620. flor. mensuris 247200. flor. annui. Iam vero sumptus vniuersi, qui in totum exercitum, quibus illis militum generibus distinctum, sunt erogandi, in vnum aggregatum colligantur, proueniet summa in singulos menses 547820. flor. in annum vertentem 6573840. flor. Praeter has impensas summo belli Imperatori, eius legato, Tribuno, ac ceteris summorum Magistratum administris & praefectis atque speculatoribus: praetera machinis aeneis, & ad harum curam destinatis, aliisque rebus compluribus ad bellum necessariis, suis quoque ascribendis sunt sumptus: qui si quam parcissime computentur, singulis mensibus 10000. flor. anno integro 1200000. aquabunt. Neque tamen omnia quae ad bellicorum tormentorum vsum pertinent, praecedenti calculo comprehenduntur. Sed praefecti solummodo ac curatores istorum, & iumenta trahendistis destinata. Sin omnia sumptibus suis vere definiantur, ceteras belli expensas tertia parte assequuntur.

§. 7. Commeatum hoc modo describit. In singulos equos dantur pabulo nocturno sex librae feni: & nouenis Equis tantum auena, quantum vulgare illud vas, tonnam vocant, in quo haleces conduntur, capit. In singulos homines quotidie distribuntur. Panis libra 2. Carnis libra 1½. Haleces vnum. Cereuisiae mensura 3. Per integram septimanam lardi libra 2. Casei totidem. Butyri totidem. Per totum mensem salis cyathus vnus. Hinc pro numero hominum instituenda foret annonae supputatio, nam ut, quod diximus, exemplo clarum fiat: proposita sit questio, quantum alimenti mensuris requiratur in vnam militum cohortem, quae vulgato more continet 300. capita. Haec questio per regulam proportionum soluta, commeatus calculum huiusmodi producit.

Trecentis militibus pro victu mensuris competunt Panis libra 18000. id est, 180. cotenarii. Carnis libra 13500. id est, 135. cent. Lardi libra 2400. id est, 24. cent. Casei libra totidem. Butyri totidem. Haleces 9000. Cereuisiae mensura 27000. id est, 306. amphora cum 72. mensuris. Salis Cyathi 300.

§. 8. Commeatus in classem ex eodem supra c. de belli navalis ratione recensui. Tabulae Classis Danicae 1567. fuerunt Succidia 20854. Carnium bubularum fumo duratarum frusta 6040. Carnium ouillarum infumatarum quarta 11560. Anseres fumo durati 29000. Butyri lassa 104. cum 4½. tonnis. Halecium lassa 206½. Asellorum minorum lassa 206½. Salparum siue merlucciarum vehicula 5104. Esocis salin lassa 16. Anguillarum salitarum lassa 16. Albica marinae 16000. Pectines seu passeris marini siccati 32000. Asellorum longorum fascies 32. Asellorum maiorum siue Capitonum fascies 32. Avena humano cibo preparata lassa 87. Ernilorum lassa 81½. Panum, cum bis coctis, lassa 1366. Cereuisiae lassa 4741½. Aceri lassa 10. Salis Lunenburgensis lassa 24. Salis grossi peregrini lassa 31.

§. 9. Ut de vna naui, quo opus sit, intelligatur, legatur caput citatur de apparatu praetoriae Danicae.

§. 10. Hoc merito quaeritur, an agendum regibus sit, ut sumptus belli minuantur, an vero augeantur. Ego quidem augeri malim; ne si paruo sumptu gerantur, facilius ac promptius indicantur. Consultum est humane naturae, ut sine magno sumptu occidi homo non possit, ut si non parcat humanitas homini, retrahat saltem auaritia.

CAPVT